

Johann Sleker Heinrich Oldenburg

De Natura Intellectus Humani, ac Primo Eius Statu : Disputatio Publica

Rostochii: Myliandrus, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729075583>

Druck Freier  Zugang



J. Slevin.
R. U. phil. 1608.

32.
D. T. O. M^o. A.

DE
NATVRA INTEL-
LECTVS HVMANI, AC PRIMO
EIVS STATV.

Disputatio Publica,

Quam

In Inclvta Academia Rostochiensis

PROFONUNT

M. IOHANNES SLEKERVVS,
Physices P. P. desig.

M. HENRICVS OLDENBURGIUS
Bremensis.

*Habebitur disputatio in Auditorio majori, ad 17. diem
Decemb. 7. matut.*



ROSTOCHII
Ex Typographia Stephani Myliandri,
MDCCLXIX.



11. Eleganter Conimb. 3. an. c. 8. q. 3. Omnem operationem oriri ab aliqua forma, cuius interventu operans in actu constituitur, ipsamq; promit actionem.

12. Homo igitur inter creaturas omnes, tum essentia, tum operationum praecellentia, imprimis suspiciendus: Utramq; perfectionem formae acceptum fert: nimirum intellectui seu animae rationali. Hanc enim veram ejus esse formam, hic breviter ostendere laborabimus.

13. Duæ res sunt in quas omnis de Anima inquisitio digeritur, Ipsa nimirum substantia anima, & ejus accidentia: Themist. 1. an. 1. 6. Quibus maximè assimilantur & operationes ipsa. 1. an. 1. 12.

14. At v. undiquaq; atq; omnino difficilimum est, fidem aliquam de ipsa tandem accipere, 1. an. 1. 4.

15. Ariadnes ergo hoc tibi filum accipe, quod tradit Aristoteles. 1. an. 1. 6. ita explicante Themi. Substantia quaritur aptè, si genus summum, in quo illam contineri necesse est, primo loco adhibuerimus, questione præmissa, utrum substantia vel accidens.

16. Præterea non modo longinquum illud genus inveniendum est, sed & proximum & junctum.

17. Cujusq; autem generis biceps ratio: quia oportet aut actu esse aut potentia.

18. Quodcumq; ergo inventetur anima genus, adhuc considerandum est, an ne subeat rationem τῶν ἐν δυνάμει ὄντων, an vero sit ἐντελέχεια.

19. Si ἐντελέχεια: certe quidem generis illius præ se feret naturam, cuius est ἐντελέχεια: ut nimirum in substantia substantialis: in accidente sit accidentalis.

20. Est enim ἐντελέχεια (Perfecti habiam verit Hermolaus apud Themi.) illud ipsum, quod δυνάμει (quæ & ipsa alia substantia, alia accidentis est) oppositum, rem ita perficit, ut esse suum formalemq; rationem verè accipiat, sitq; hoc aliquid.

Mañi.

21. *Maçti nunc ingenio hîc mihi esse, qui subtilitatis Aristotelica estis capaces: quid de anima definitione 2. an. c. 1, vobis statuendum: quid de actu ipso per quem definitur; annon verè substantialis sit? an cum accidentibus, anima sit communis? an de formali ipsius ratione? an verum ejus genus?*

22. *Intentio sane Aristotelis est, anima definitionem, ejusq; inquirere genus definitioni accommodatum.*

23. *Processus est hic: quod, cum anima sit ens; Ens autem emne vel substantia vel accidens: Et vero vel primâ cognitione naturalis vel philosophorum consensu, vel ex in lib. 1. demonstratis, constet, animam non esse accidens: Substantia a. in materiam formam, & compositum dividatur: quod, inquam, cum anima neq; materia sit, neq; compositum, formam esse oporteat.*

24. *ἡδὲ ἕστια (ὡς εἶδ' ὁ σὺν ἡμῖν Φ. σικὲ t. 4.) ἐν τῷ δέχεται t. 5. accidentalis ne? absurdè.*

25. *Sic enim arguit Philosophus: Omnis forma corporis naturalis est actus ejus primus. Anima est forma. &c.*

26. *Et iterum 2. an. t. 36. 37. Actus ejus quod in potentia est, est ratio, i. e. forma & rei essentia. Anima est actus hujusmodi. E.*

27. *Idem t. 10. Anima est actus: quomodo vero? ut visu oculi & acumen in securi. At hæc erant ipsum quod quid & essentia oculi. t. 9.*

28. *Quid multis? substantia ut forma; actus primus; essentia, & quod quid est corporis, ita sibi juncta sunt, ut Paulus Ven. frustra statuât dici, actum primum substantialem: Quia si actus primus, inquit, corporis est, & substantialis erit.*

29. *Quod si cuiquam obstare videatur demonstratio (qualis tandem sit) 2. an. c. 2. eum ab errore, clarissima voce revocabit ipsa demonstratio hîs adornata numeris t. 24. Id quo vivimus, sentimus &c. primò, est ratio, forma, species, & actus susceptibleorum. Anima est illud. Ergo.*

A3

Vel

30. *Velita*: Quo primò vivimus &c. est ratio, forma, &c. Sed actus in definitione positus, est quo primò vivimus (quomodo enim aliàs definitio secunda demonstraret priorem?) E. est ratio, & forma & δυνάμιν ἐξουσίᾳ. Císdi. éicy 2. an. t. 26.

31. *Intelligamus itaq;* nomine actus, actum substantialem, ut intelligi debet, inquit Suarez d. 15. s. 5. Qui, & ad eò cui magnus est, audiatur & deinceps cum inquit: n. 3. Quia forma essentialiter est actus: ideo includit intrinsicè habitudinem transcendentalem ad id cuius est actus, & ad actuationem, quam in illud exercet.

32. Ideoq; & natura, & ratio formæ, & principium causandi in hoc ipso consistit, non tanquam in proprietate superaddita, sed ut in essentiali ratione ac specificatione ejus, qua & forma fit, & à reliquis causis distinguitur.

33. Si enim superaddita ei foret proprietate ut accidens: non immediatè ex materia & forma fieret aliquid unum; sed mediante hoc accidente quod Aristoteli absurdum?

34. *Neg;* ullum compositum substantiale fieret ex potentia & actu: ut enim partes substantiæ, sunt substantiæ: sic constare substantia non potest, nisi ex substantiis.

35. Sufficiant hac, in re, omnium philosophorum consensu probatissima: Ad intellectum progredior, quem generali sua definitione comprehensum voluit Aristoteles, & quidem retissime.

36. Vera enim forma instar, ἐντελέχεια est corporis organici, quantum illum constituens gradum animatorum, quem per Δύναμιν, δύναμιν, δόξασιόν &c. designat Aristoteles.

37. Quod ut probem, respicio ad illud, quod inquit Averr. Forma signum apud philosophos est operatio: & signum subjecti sumpserunt ex passionibus l. destr. d. 6. sol. dub. 6. & disp. 10. sol. dub. 2.

38. *Propositio itaq;* nota est ferme per naturam, quod homo sit rationalis, inquit Scotus.

Neg;

39. *Neg. negat Auerr: cui & hoc placet. 3. an. co. 1. 12 Metaph. 38. 10. Eth. 9. quod per virtutem rationalem homo differat à reliquis animantibus.*

40. *Imò quod & vita intellectivâ vivat per animam rationalem. 12. Met. 39.*

41. *Accipiamus enim hac testimonia veritatis, ab illo, contra quem ex hisce fundamentis pugnandum est, Averroëm inquam, & illos qui intellectum hominis primam entelechiam negant, nisi respectu operationum.*

42. *Si itaq; propria hominis operatio est Intelligere; propria primaq; ejus causa in eodem ut sit, necesse est.*

43. *Qui enim aliàs operatio homini ascribi posset? ut rectè arguit Thom. 3. an. 1. 7. Opusc. 16. 1. p. 9. 76. a. 1. & c.*

44. *Id autem quo primò intelligimus, formam esse & actum ipsius viventis ex supra dictis constat.*

45. *Intellectus itaq; forma erit, & per eum habebit homo ut rationalis vocetur, concludimus cum Alex.. de an. c. 23.*

46. *Iterum vero si per virtutem rationalem homo à reliquis differat animantibus, per eandem & in esse suo constituetur, quod vera forma proprium; uti & vitam largiri.*

47. *Mitto alia, quæ magno numero apud alios: cum hæc ad sequentia nobis aditum tutò prabeant.*

48. *Ea sunt: quod cum intellectus vera sit hominis forma, ad numerum individuorum eam multiplicari, sit necesse.*

49. *Materiam, ratione potentia sua, sine participatione illa Platonica, sine copulatione Lycophronis, formam in se recipere, & ab eadem actuatam, hoc aliquid esse.*

50. *Intima enim cognatio est entitatis forma ac materia, summaq; proportio; qua in ratione actus potentiaq; consistente, intimè uniri possunt, & compositum absolvere, dum forma seipsam materia per seipsam communicat.*

51. *Patet etiam, hominem anima & corpore, ut partibus essentiali-*

sentialibus, seu quod *Zimara* mavult, realibus constare, ita ut corpus nudum anima instrumentum; quod Platonici placuit, non sit.

52. Aliter qui sentit, si vel *ἀνθρωπῶν* sit, vel Animarius homo, animali certe homini, quem debet, risum persolvet, ni ex Peripato quispiam (potest enim) absurditatis maculam abstergat.

53. Quid autem de media intellectus natura, qua, dicente Proclo *ἀμφοτέρων* est, *καὶ ἀμφοτέρωθεν*? Eam & explicavit *AlgaZeel* tr. 50. Log. & phil. & agnoscit Peripatus, ut fatente *Auerr.* 2 phys. t. 26. dubium hic sit nullum.

54. Ea tamen neq; ex Platoniorum mente nobis probanda, neq; illorum, qui mediam volunt, quasi ex mortali & immortali, materiali & immateriali: sive per abnegationem extremorum illud accipias, sive compositionem eorundem.

55. Sed per comparisonem extremorum, ut inquit *Polus* l. 6. de an. rat. nimirum, quod neq; secundum esse, operationem ac opus materiae se immergat: neq; sit forma nude assistens, ut intelligentiae motrices.

56. Verè autem informet corpus, & homini det esse: corporea tamen non evadat: sed tum essentia sua Intelligibilis, tum operationis respectu immista sit.

57. Nimirum, quia ex potentia materiae non educam, passionibus ejus infici fas non sit.

58. Ideoq; haud verendum, ne hac ratione, cum *Alexandro* vel materialis, vel divisibilis, vel à corpore evadat inseparabilis.

59. Ardua inprimis difficultas, quomodo indivisibilis existens, ad verae formae modum, omnes partes informet.

60. Neq; enim hoc sine extensione: quam anne virtute ei inesse dicendum est? ita profecto. Sufficit enim hoc ad id quod quaeritur: neq; divisibilitatem ei conciliat.

61. Ad eo q; tota in toto erit corpore, & tota in qualibet parte.

62. Nunc demum quaro, anne rationalis anima Natura sit? an consideratio ejus ad physicum pertineat & quomodo?

Verè

63. Verè quidem & praeclarè (neq; enim aliter ut sentiam, persuadebis à Buccasfarree & Mirandula) à philosopho 1. part. c. 1. ostensum est, quàm non Omnis (sive in nominativo sive genitivo accipias, nihil ad rhombum) anima consideratio, merè physica sit.

64. Quo tamen nomine, quo ve consideranti modo, & naturalis sit, & ad physicam pertineat, obscurum non est, ex ijs qua 1. an. t. 14. & seq. disputat, quaq; 3. an. t. 1. tractanda sibi proponit: nimirum ut natura est, & intelligens.

65. Fatebitur id, qui & hominem, ut corpus naturale est, huc pertinere non ignorat: & propriam nobilissimamq; ejus affectionem cognovit, esse Intelligere: ejusq; affectionis causam esse videt, animam quatenus intelligens est: Et subjectum, affectionem & demonstrationis causam, unius esse scientiae à doctis didicit.

66. Deniq; autem quae posset esse nobilitas scientiae de anima, pra reliquis disciplinis omnibus, ratione objecti, si animam secundum id, quod in ea maximè divinum, mirabile, ac praecipuum est, esse nimirum Intelligentem, alteri scientiae tradas.

67. Hinc neq; Metaphysicorum ullius animam, ut intelligens est sua considerationi subjecit, nec salvis scientiarum finibus unquam potest.

68. Tum enim in una scientia abstractionis diversa admitteretur ratio: quod studiose caveri vult Aristoteles 1. part. c. 1. cum penes has scientiarum distinctio resideat, ex Metaph. t. 2. Et generalis scientia subjectum suum egressa, particularis fieret.

69. Et aliquid demonstrandum sibi sumeret, in cuius notitiam per rationem formalem sui subjecti, devenire nunquam posset.

70. Haecenus de Intellectu, ut corporis forma est: nunc quomodo ad operationem in primo suo se habeat statu, ex primis tertij de anima textibus, aegedum breviter subjiciamus.

71. Quàm vero sibi ipsi de seipso parum conscius sit Intellectus,
vel

vel ex eo apparet, quod non nisi per analogiam ad sensum, ista
qua querimus, indagare valeat; hinc sumpto initio, Quod omnis
cognitio nova sit, nimirum privationem sui, antequam esset, ac
potentiam in cognoscente presupponens.

72. Potentia hac, quia ad utramq; contradictionis partem ex
aquo se habet, passiva rectè censebitur: quod defensus lib. 2. offen-
sum est: τὸ νοεῖν ἢ τὸ ἀνοεῖν τι, ἐπὶ τῷ νοεῖν, ἢ τι μὴ τὸν ἐνεεῖν.

73. Neq; enim fieri posset, ut de actu in actum quasi migratio-
nem ac transitum faceret, nisi subesset potentia qua tam differen-
tes actus conciperentur, Them. 3. an. t. 1.

74. Nihil autem in potentia existens vel à seipso pati, vel se-
ipsum ad actum deducere potest: Sed aliud quippiam requirit,
sensus nimirum, objectum sensibile; Intellectus Intelligibile.

75. Et quia πᾶσα ψυχὴ ἀνοήτως κωλύει τὸ ἀλλότριον καὶ ἀντι-
φύσει: inde, quod patitur, immistū esse debet ab eo, à quo patitur.

76. Neq; enim receptivum (Averroi id est recipiens) oportet
esse denudatum ab omni natura determinata, sed tantum à natu-
ra recepti. Them. 1. p. q. 75 2. de verit. q. 22 1.

77. Hinc & Sensus, v. g. visus, à suo objecto visibili, ad
quod primo à natura ordinatur: Intellectus vero quia intelligere
debet omnia, ab omnibus à privis & à modis esse debet, adeoq;
in pura potentia non quidem in genere Entis, quod falsò putat
Aureolus; sed Intelligibilem, ita ut nullam speciem certam, præ-
cipuam, familiarem, genuinam, præscriptam, & consignatam, pri-
vatim possideat. Them. t. 3. 4. 5.

78. Actu itaq; ac naturâ, animæ nostræ insertas esse rationes,
terminorumq; notitiam; qua & essentiam rerum apprehendamus
ac scientiam naturali inclinatione expetamus, & falso reje-
cto, in veritate plenè suaviterq; acquiescamus & c. inter Platonis,
Simplicij, Adelandi item, Maurorum primi, errores non immerito
reputamus.

79. Imò & illud, quod de primis principijs (sive primas notio-
nes

nes, intentiones dicat, sive axiomata, $\omega\epsilon\lambda\eta\psi\epsilon\tau\iota$, $\alpha\gamma\omega\tau\epsilon$ $\Phi\upsilon$ -
 $\sigma\omega\varsigma$; mihi hic perinde erit) nobiscum natis, multi jaclitant,
Capreolum secuti q. 3. prolog. nisi cum mica salis accipiatur,
qua, si cui placuerit, in ipso discursa dabimus.

80. Et sic quidem ad objectum se habet Intellectus. Praeterea
autem \& in ipsa operatione sibi propria, immistus est, species nempe
in se recipiendo simpliciter, sine ullo corporei organi interven-
tu: ut quod eleganter ab antiquis, licet de omni anima falso, di-
ctum est, eam esse locum (non materiam) Specierum, id de Intel-
lectu verissime dici possit.

81. Cujus quidem rei signum est, quod a provida natura, nul-
lum in humano corpore fabricatum sit peculiare organon (pecu-
liare enim vero esse debuit, cum totum corpus ad id, aptum non
sit) quod operationi huic subserviat.

82. Causa a. illa quam dixi, quod Intus apparens alienum ex-
cludat: omniaq; recipiens immistum debeat esse ab omnibus.

83. Quod si ergo receptio ista fieret, non in anima simpliciter,
sed in conjuncto: (perinde ut in sensitivo) mistio certe oriretur
aliorum receptionem impediens.

84. Hinc ergo, quia intellectus simpliciter $\delta\pi\alpha\theta\eta\varsigma$, $\acute{\alpha}\mu\iota\gamma\eta\varsigma$,
 $\chi\omega\epsilon\iota\varsigma$ est: \& $\delta\epsilon\upsilon\lambda\upsilon\tau\epsilon\varsigma$ omnium: \& ipse formarum suarum locus
erit: \& ab excellentissimo intelligibili non laedetur: neq; ab alio-
rum cognitione retardabitur: Imo, postquam excellentissima,
quaq; cognoverit, ad minora erit paratior.

85. Aliter est in sensu: qui cum ipse locus Specierum non sit:
non etiam simpliciter, sed altera tantum ex parte $\delta\pi\alpha\theta\eta\varsigma$ erit:
neq; omnia recipere poterit: \& in operatione sua, non poterit non
ab excellenti sensibili ladi: \& ab illis ad inferiora, conversus, ea
vel plane, vel nisi cum difficultate non sentiet.

86. Et hic primus est Intellectus nostri status, simplex \& nu-
dus, plane ut corpus ipsum, nudum, \& ab instrumentis pro defen-
sione sua oportunis, a natura, parente, non averca, imparatum est.

Quod

87. *Quod ad præstantiam hominis, dominium illius in hoc natura theatro: nobilitatemq; operationum, ac promptitudinem sanè accommodatissimum.*

88. *Ne tamen in hoc primo gradu quiescat, torpeatue Intellectus, ecce tibi natura stimulos, desiderium nempe sciendi: de quo præclare ac graviter Arist. 1. Metaph. t. 1. Omnes homines natura scire desiderant.*

89. *Qui amor, ne frustra sit, ita ab eadem natura comparatum est, ut & res ipsa veritatem statumq; aliquem suæ essentia habeant: & ipse Intellectus verè comprehendere possit.*

90. *Si enim comprehensio esset impossibilis, desiderium foret ociosum. Cum tamen nulla res in fundamento natura sit ociosa, ut thesi prima diximus.*

QVÆSITA.

1. Num intellectus in corpore existat ut quod, an saltem ut principium quo homo subsistit.
2. Num status quem habet extra corpus sit ei naturalis.
3. Num extra corpus meliorem habeat essendi modum.
4. Num inclinationem ad corpus retineat.
5. Num ex inclinatione hac resurrectio Philosophicè demonstrari queat.
6. Num secunda animæ definitio demonstret priorem.
7. Nunc prima non ex æquo demonstret secundam.
8. Num de ulla forma naturali dici possit, quod sit actus substantialis, si id de anima negetur.
9. Nū accidens in recto, univocè de substantia prædicari possit.
10. Si actus, in definitione animæ, est accidens; cujusnam quæso accidens; & de quo demonstrari debet? num de anima, an de corpore organico?
11. Num 2. an. t. 24. loco medijs adhibeantur operationes vitæ, an vero constitutio in esse specifico secundam hosce vitæ gradus.
12. Num operatio possit esse causa finalis formæ.
13. Addo & magnam (si dijs placet) subtilitatem: An femina peste extincta, sepulta, nequidam in vitam revocata, uterum gerere, parere, & amplius viro consuescere possit?
Ego factum id esse dico.

nes, intentiones dicat, siue axiomata, $\omega\epsilon\lambda\lambda\eta\sigma\tau\omega\varsigma$; mihi hic perinde erit) nobiscum natis Capreolum secuti q. 3. prolog. nisi cum mica que, si cui placuerit, in ipso discursu dabimus 80. Et sic quidem ad objectum se habet Intellectus autem $\&$ in ipsa operatione sibi propria, immistum se in se recipiendo simpliciter, sine ullo corporeo: ut quod eleganter ab antiquis, licet de omnino dictum est, eam esse locum (non materiam) spectu lectu verissime dici possit.

81. Cujus quidem rei signum est, quod a pro- lum in humano corpore fabricatum sit peouli- liare enim vero esse debuit, cum totum corpus (sit) quod operationi huic subserviat.

82. Causa α . illa quam dixi, quod Intus appa- cludat: omniaq; recipiens immistum debeat esse

83. Quod si ergo receptio ista fieret, non in- sed in conjuncto; (perinde ut in sensitivo) na- aliorum receptionem impediens.

84. Hinc ergo, quia intellectus simpliciter $\chi\omega\epsilon\lambda\lambda\eta\sigma\tau\omega\varsigma$ est; $\&$ denique omnium; $\&$ ipse forma- erit; $\&$ ab excellentissimo intelligibili non lede- rum cognitione retardabitur: Imò, postquam- quaq; cognoverit, ad minora erit paratior.

85. Aliter est in sensu: qui cum ipse locus $\&$ non etiam simpliciter, sed altera tantum ex p- neq; omnia recipere poterit; $\&$ in operatione $\&$ ab excellenti sensibili ledi: $\&$ ab illis ad inferi- vel plane, vel nisi cum difficultate non sentiet.

86. Et hic primus est Intellectus nostri statu- dius, plane ut corpus ipsum, nudum, $\&$ ab instr- sione sua oportunis, a natura, parente, nò nover



ant,
ur,
rea
em-
vers-
di-
tel-
nul-
ecu-
non
ex-
iter,
etur
yus
locus
alio-
ma.
sit:
erit:
t non
s, ea
r nu-
lesfen-
est.
Quod